PLATO. ARISTOTELES
Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 220r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

tractemus. In oratione igitur omnibus necessarium est ut possibilia atque impossibilia utantur alias quoque fiunt, alias quoque erit conentur ostendere. Ex agnitione quoque omni omnium omnibus est omnes enim sive suadent, sive aut dissuadent, sive defendant, amplificatione atque attenuatione utuntur. Quibus determinatis de enthimematibus communiter atque exemplis conabimur dicere ut que restant apponentes quod ab initio intendimus consequamur. Est autem ex quinque amplificatio demonstrativo atque laudativo maxime. Preterito vero iudiciali possibile autem et futuro deliberativo ut dictum est.

sive laudet aut vituperet sive accusent aut

De possibili et impossibili Ca. 19

Primum igitur de possibilibus et impossibilibus dicamus. Si ergo contrario uel esse uel fieri possibile sit contrario quoque possibile profecto esse videbitur, ut si sanari hominem possibile est erit etiam egrotare. ea enim contraria potentia est que est contraria. Item si simile possibile est erit et dissimile. Preterea si quod difficilius est possibile est et quod facilius etiam. Insuper si studiosum aut pulchrum fieri possibile omnio quoque fieri possibile. Nam difficilius est pulchram fieri domum quam domum. Item cuius principium fieri possibile huius et finis possibile. Nihil enim eorum fit neque incipit fieri que impossibilia sunt ut commensurabilem esse diametrum. Nec fieri unquam incipiet nec iam fit. Et conuersim cuius finis huius etiam principium. Cuncta omnia ex principio sunt. Sed hec si quod substantia posterius est aut generatione id fieri possibile et prius quoque. Ueluti si uirum fieri possibile puerum quoque hoc namque fit prius quam si puerum et uirum etiam principium enim illud. Preterea quorum amor aut cupido secundum naturam nemo enim amat impossibilia nec ea cupit ut plurimum. Insuper ea quorum est ars ut scientia et esse et fieri possibile est. Item ea quorum generationem principium in ipsis est quos uel cogere possumus uel persuadere. Hii uero sunt quibus aut meliores sumus aut domi aut amici. Sed hec quorum par

est